


Erasmus, Desiderius, 1469-1536

Bellum dulce bellum inexperto

Venetiis 1526

L.lat. 561#Beibd.3

urn:nbn:de:bvb:12-bsb10185466-2



BELLVM
 PER ERASMVV
 ROTERO,
 DAMVM.

MDXXVI.

BELLEVM

PER ERASMVAM

ROTTERO

DAMVM.

MDXXVI.

AVTORE DESYDERIO ERASMO

MOROTERODAMO.

Dulce bellum inexpertis.

Telegans cum primis & multorum literis celebratum adagium est, Γλυκὺς ἄπειρος πόλεμος, id est, Dulce bellum inexperto. Sunt quædam in rebus mortalium, quæ quantum habeant discriminis ac malorum, non intelligas, nisi factò periculo. Dulcis inexpertis cultura potentis amici, Expertus metuit, Bella res & splendida uidentur, inter aulicos obambulare preceres, in regibus uersari negociis, at senes quibus usu penitus cognita res est, ab ea felicitate libenter abstinent. Suauè uidetur amare puellas, sed iis qui nondum senserunt, quantum amori insit amari. Ad eundem item modum accommodari poterit, ad quoduis negocium multo cum periculo, multisque coniunctum malis, quod nemo uelit capessere, nisi iuuenis, & rerum imperitus. Siquidem Aristoteles in Rhetoricis hæc adfert causam, cur iuuenta sit audacior, contra senectus timidior, quod illis imperitia rerum confidentiam pariat, his multorum experientia malorum timiditatem & contationem. Quod si quicquam est in rebus mortalium, quod contanter aggredi conueniat, imo quod oporteat modis omnibus fugere, deprecari, repellere certe bellum est, quo non alia res uel magis impia, uel calamitosior, uel latius perniciosam, uel hærens tenacius, uel tetrior, & in totum homine indignior, ut ne dicam Christiano. At dictu mirum, quod hodie passim, quod temere, quod quauis de causa, suscipitur, quod immaniter ac barbarice geritur, non tantum ab ethnicis, uerumetiam a Christianis, nec prophanis

modo, uerumetiam a sacerdotibus & episcopis, nec solum a
iuuenibus & imperitis, uerumetiam a senibus & toties ex
pertis, nec a plebeis tantum & uulgo natura mobili, sed po
tissimum a principibus, quorum officium erat temerarios
stultæ multitudinis motus, sapientia, rationeq; componere.
Neq; desunt Iureconsulti ac Theologi, qui ad ista tam
uesaria faces admouent, & frigidam, quod aiunt, suffundunt.
Quibus rebus fit, ut nunc bellum a deo recepta res sit
ut demirentur homines esse cui non placeat. A deo probata,
ut impium ac penè dixerim hæreticum sit, improbasse
rem unam omnium, ut sceleratissimam, ita miserrimam
quoq;. At quanto iustius erat illud demirari, quis malus ge
nius, quæ pestis, quæ intemperia, quæ furia, primum in ho
minis mentem immiserit, rem usq; adeo beluinam, ut placidum
illud animal, quod natura paci beneuolentiæq; genuit, qd̄ unum oīum saluti prodidit, tam ferina uesania, tã
insanis tumultibus in mutuam rueret perniciem. Id quod
magis etiam admirabitur, quisquis animum a uulgo recep
tis opinionibus ad ipsam rerum uim & naturam perspic
ciendam conuerterit, ac seorsim hinc boīs imaginem, hinc
belli simulacrum uere philosophicis oculis aliquātisper cō
templetur. Primū igitur, si quis habitum modo figuramq;
corporis humani consyderet, an non protinus intelleturus
est, naturā uel potius deum, animal hoc non bello sed amicitie,
non exitio sed saluti, non iniuriæ sed beneficentiæ genuisse?
Nam cæterorum aīantium unumquodq; suis instruxit
armis. Taurorum impetus armauit cornibus, Leonum
rabiem unguibus, Apris fulmineos affixit dentes, Elephan
tos præter cutem & molem, promuscide quoq; tutatus est,
Crocodilum cutis uelut laminis communiuit, Delphinis

3
teli uice pinnas addidit, Histricę spinis, Raiã aculeis defendit, Gallis calcar addidit. Alia testis, alia corio, alia cortice communiuit. Sunt quorum incolumitati pernitate prospexit, ueluti columbis. Sunt rursus, quibus uenenum teli uice tribuit. Addidit his speciẽ tetram ac beluinam, addidit oculos truces, uocis stridorẽ. Inseuit natiua quædã dissidia. Solum hoïem nudum produxit, imbecillem, tenerum, inermem, mollissima carne, cute Ioui. Nihil usq; in membris quod ad pugnam, aut uiolẽtiam datum uideri possit, ut ne dicam interim, quod cætera fere, statim ut nata sunt, sibi sufficiunt ad uitam tuendam, solus homo sic prodit, ut multo tempore totus a subsidio pendeat alieno. Nec fari nouit, nec ingredi, nec cibum capere, uagitu tantũ implorat opem, ut uel hinc conuici possit, solum hoc animal totum amicitie nasci, quæ mutuis officiis & coit, & coheret potissimũ. Proinde natura uoluit hominem uitæ munus, non tam sibi, qm beneuolentiæ acceptum ferre, quo uidelicet intelligeret sese gratis esse dicatũ ac necessitudini. Tum speciem dedit non tetram & horridam uti cæteris, sed mitem ac placidã, amoris ac beneuolentiæ notas præ se ferentem. Tribuit oculos amicos, & in his animi signa. Dedit brachiorum sinus ad complexum. Dedit osculi sensum, quo ceu copularentur & sese contingerent animi. Vni risum attribuit, alacritatis indicium. Vni lachrymas, clementiæ et misericordiæ symbolũ. Quin & uocem dedit non minacem & horrendã secuti beluis, sed amicam & blandam. Nec his contenta natura, sermonis et rationis usum uni tribuit, quæ qdem res ad parandam & alendam beneuolentiam in primis ualet, ne quid omnino per uim inter hoïes gereretur. Inseuit odiũ solitudinis, amorẽ sodalitatis. Indidit penitus beneuolentiæ semis.

na. Fecit ut quod est saluberrimum, idem sit & suauissimū.
Quid enim amico incundius? At rursus, quid æque neces-
sariū? Proinde si maxime liceret absq; mutuo cōmertio cō-
mode uitam agere, nihil tamen incundū uideri possit absq;
socio, nisi si quis prorsus hominem exuerit, et in feram dege-
nerarit. Addidit insuper liberalium disciplinarum studium
& cognitionis ardorem, quæ res ut potissimum abducit ho-
minis ingenium ab omni feritate, ita ad conciliandas necessi-
tudines, præcipuam uim habet. Siquidem nec affinitas, nec
sanguinis propinquitas arctioribus aut firmioribus amicitie
uinculis astringit animos, q̄ societas honestorum studiorū.
Super hæc, admirabili quodam uarietate, dotes tū animo-
rum, tum corporum inter mortales partita est, nimirum ut
singuli in singulis inuenirent, quod uel amarent ac suspice-
rent, ob excellentiam, uel ob usum & necessitatem ambiret
& amplecterentur. Deniq; indidit diuinæ mentis sintilla
lam, ut nullo etiam ostenso præmio, tamen per se inuet be-
nemereri de omnibus. Id enim deo maxime proprium ac na-
turale, suo beneficio consulere uniuersis. Alioqui quid illud
est, quod baud uulgarem animo sentimus uoluptatem, ubi
quempiam per nos seruatum intelligimus? Proinde deus in
hoc mundo uelut simulacrum quoddam sui constituit homi-
nem, ut ceu terrenum quoddam numen, saluti prospiceret
omnium. Sentiunt hoc ipsa etiam bruta, cum uideamus nō
mitia solum, uerumetiam Pardos et Leones, et his immitio-
res bestias in magnis periculis ad hominis opem confugere.
Hoc extremum omnibus asylum, Hæc ara est sanctissima
uniuersis. Hæc nulli non sacra est anchora. Hominis effigiem
utcumq; depinximus. Nunc belli simulacrū ex aduerso cū
hæc, si uidetur, cōponamus. Iam igitur uidere te puta, barba

4

Baras cohortes, ipso uultu sonoque uocis horrendas, hinc atque
hinc instructas ferratas acies, formidabilem armorum stre-
pitum, simul et fulgorem, inamabilem tantæ multitudinis
fremittum, oculos minaces, rauca cornua, terrificum taratan-
taræ cantum, bombardarum tonitrua, non minus formido-
losa ueris sed magis noxia. clamorem insanum, cōcursum fu-
riosum, immanem laniationem, cadentium et occidentium
crudelēs uices, congestas strages, undantes cruore cāpos, flue-
uos humano tinctos sanguine. Fit interea nonnunquam ut fra-
ter incidat in fratrem, affinis in affinem, amicus in amicū, et
cōmuni furore iam debacchante, in eius uiscera stringat fer-
rum, a quo ne uerbo quidem unquam fuerat læsus. Denique tan-
tum malorum habet illa tragedia, ut a commemoratione
quoque peccatus humanum abhorreat. Vt interim non referā,
illa uulgaria præ his, leuiaque protritæ passim segetes, exus-
tas uillas, incensos pagos, abacta pecora, constupratas uir-
gines, tractos in captiuitatem senes, direpta phana, latrocini-
is, prædationibus, uolentia, plena confusaque omnia. Utque
taceam illa, quæ felicissimum etiam ac iustissimum bellum
consequi solent. Expilatam plebem, oneratos proceres, tot se-
nes orbos, et simul in cæde liberorum occisos, tot anus desti-
tutas, et crudelius quam ferro peremptas, tot matronas uiduas
tot liberos orphanos, tot domos sineestas, tot opulentos ad
inopiam redactos. Nam de morum pernicie quid attinet lo-
qui, cum nemo nesciat uniuersam uite pestem, semel e bello
proficisci? Hinc pietatis contemptus, hinc legum neglectus,
hinc ad quiduis audendum sceleris promptus animus. Hoc
fonte nobis tam ingens latronum, raptorum sacrilegorum,
percussorum, turba scatet. et quod est omnium grauissimum,
hec tam exitialis pestilentia nescit se suis continere spaciis.

Sed in uno quopiam angulo nata, non solum finitimas res
giones ueluti contagio peruadit, uerumetiam procul ses
motas, uel mercede, uel per affinitatis, aut fœderis oca
sionem, in communem tumultum ac rerum tempestatem
pertrahit. Quinetiam bellum e bello seritur, e simulato ue
rum, e pusillo maximum exoritur, neq; raro solet in his
accidere, quod de Lorneo monstro fabulis proditum est. His
sce de causis opinor, ueteres illi poetæ, qui rerum uim ac
naturam & sagacissime perspexerunt, & aptissimis figu
mentis adumbrarunt, tradidere bellum ab inferis immitti,
idq; furiarum ministerio, neq; q̄libet furiam ad hoc negociū
conficiendum esse idoneam. Deligitur omnium pestilentissi
ma, cui nomina mille, mille nocēdi artes. Hæc innumeris ar
mata colubris, tartarea buccina præcinit. Pan infano tumul
tu complet uniuersa. Bellona furiosum quatit flagellum. Fie
ror impius, ruptis omnibus uinculorum nodis, euolat horri
dus ore cruento. Neq; non uiderunt hæc grammatici, quo
rum alii bellum κατ'ἀντίφρασιμ dictum uolunt, q̄ ni
hil habeat neq; bonum, neq; bellum, nec alia ratione bellum
esse bellum, q̄ furias eumenides. Alii uolunt a belua deduc
tum q̄ beluarum sit non hominum in mutuum exitium
congruere. At mihi sane plusq̄ ferinum, plusq̄ beluinum es
se uidetur, armis conflagere. Primum enim plæraq; brutos
rum animantium in suo quodq; genere concorditer & ciuī
liter degunt, gregatim incedunt, ope mutua sese tuentur.
Ne feræ quidem omnes dimicant. Sunt enim & innoxie, si
sicut damæ, & lepores, sed omnium efferatissimæ, uelut
leones, lupi, tigrides. Quanc̄ nec hæc belligerantur inter se,
quemadmodum nos. Canis caninam non est. Leonum inter
se feritas non dimicat, Draconi cum dracone pax est. Inter

venena conuenit. At homini nulla fera perniciosior, q̄ ho-
mo. Rursum illæ cum pugnant, suis pugnant armis, nos præ-
ter naturam arte cacodæmonum excogitatis, instruimur ho-
mines in hominum perniciem. Nec illæ quibuslibet de caus-
sis ferunt, uerum ubi uel fames stimulat in rabiem, uel se-
peti sentiunt, uel foetui suo timent. Nos deum immortalem,
q̄ friuolis de causis, quas bellorum tragœdias excitamus?
Ob inanissimos titulos, ob puerilem iram, ob mulierculam,
ob causas his quoq̄ multo magis ridiculas, Ad hæc inter fe-
ras uni cū una bellum est, idq̄ perbreue. Et ut cruentissima
pugna sit, una aut altera uulnerata discedit. Quando audi-
tum est, id quod passim faciunt homines, centum milia bes-
tuarum mutuo laniatu concidisse? Adde, quod ut feris quib-
usdam naturale dissidium est cum aliis diuersi generis, ita
rursum habent, cum quibus genuina firmaq̄ coherent am-
icitia. At homini cum homine, & cuilibet cum quolibet, iu-
gis pugna est, nec ullum satis firmum foedus inter illos mor-
taliū. A deo quicquid a sua degenerauit natura, in peior-
em degenerat speciem, q̄ si natura malitiam ingenuisset.
Vis scire q̄ ferina, q̄ foeda, q̄ non digna homine res sit bel-
lum? Spectasti ne aliquando leonem cum urso commissum?
Qui rictus, qui rugitus, qui fremitus, quæ immanitas, quæ
laniatio? inhorrescit, qui spectat etiam in tuto. At quanto
foedius spectaculum, quanto immanius, uidere hominē cū
hoīe tot armis tot telis instructum confligere? Queso te, ut
homines crederet, nisi consuetudo mali sustulisset admiratio-
nem? Ardent oculi, pallent ora, furorem præfert incessus,
frendet uox, clamor insanus, totus ferreus est, crepant arma
fulminant bombardæ. Mitius erat, si tibi causa homo ho-
minem deoraret, si sanguinē bauriret, q̄q̄ huc quoq̄ uen-

tum est a quibusdam, ut id odii gratia faciant. At nunc idē
fit crudelius telis ueneno tinctis, tartareis machinis. Nullū
usq; hominis uestigium. An credis hic ipsam naturam agni
turam, quod condidit? Et si quis admoneat, an non merito
huiusmodi uerbis sit admiratura? Quod nouum spectas
eulum ego uideo? Quis tartarus hoc nobis portentum edis
dit? Sunt qui me nouercam appellent, q̄ in tam immensa
rerum summa, uenena quaedam genuerim, quāq; & hæc
in hominis commodum cessura, q̄ aliquot animantia parū
mitia finxerim, etiam si nulla fera tam immitis est, quin
arte & officiis possit cicurari. Hominis cura mansuescunt
leones, mitescunt dracones, seruiunt ursi. Quæ tandem est
ista plusq; nouerca, quæ nouam hanc beluam totius mundi
pestem nobis dedit? Vnum animal totum genui beneuolen
tiæ, placidum, amicum, salutare. Quid accidit, ut in huius
modi feram degenerarit? Nihil agnosco hominis illius, quē
finxi. Quis malus genius uitiauit opus meum? quæ saga
mentem humanam excantauit & incantauit beluinā? quæ
Circe natiuam uertit formam? Iuberem ut ad speculum se
se cōtemplaretur infelix, sed quid cernant oculi, cū mens
absit? Tamen aspice teipsum si potes furiose bellator, si quo
pacto cōtingat resipiscere. Vnde tibi minax crista uerticis?
unde fulgens galea, unde ferrea cornua, unde pinnati cubis
ti? unde squamæ, unde dentes ærei, unde laminae? unde te
lo lætifera? unde uox plusq; ferina? unde uultus iste plus
q; beluinus? unde tonitru & fulmen, ipso Iouis fulmine, tū
formidabilius tū nocentius? Ego te diuinum quoddā ani
mal finxi, quid uenit in mentē, ut teipsum in tā immanem
beluam transformares, ut nulla iam belua futura sit belua,
si cum hoīe cōponatur? Hæc atq; hic genus alia per multa

diceret, opinor, architectrix illa rerum natura. Proinde cum
 sic conditus sit homo, quemadmodum ostensum est, cum huius
 modi res sit bellum, quemadmodum nimium crebro sentimus,
 haud mediocriter admirandum uidetur, quis deus, qui mor-
 bus, aut qui casus, primum in humanum pectus immiserit,
 ut laetale ferrum in hominis stringeret viscera? Multis gra-
 dibus ad tam insignem uesaniam uentum sit oportet. Nemo
 siquidem repente fuit turpissimus, ut inquit poeta Saty-
 ricus. Semperque malorum maxima, sub umbra ac specie bo-
 ni subreperunt in uitam hominum. Olim igitur cum rudes
 illi prisci mortales, nudi sine moenibus absque tecto, uitam
 in syluis agerent, euenit aliquoties, ut a feris ac beluis offen-
 derentur. Cum his igitur primum homini bellum susceptum
 est, et uir fortis habebatur, ac dux, qui ferarum uim ab ho-
 minum genere depulisset. Quin et æquissimum uidebatur
 iugulare iugulantes, trucidare trucidantes, praesertim cum
 nulla laceffitæ iniuria ultro nos impeteret. Ea res cum sum-
 mae laudi duceretur, hinc enim deus factus est Hercules,
 coepit animosa iuuentus passim uenari bestias, exuuium cen-
 trophaeum ostentare. Deinde non contenti iugulasse, pellis-
 bus illarum sese munierunt aduersus rigorem hyemis. Haec
 erant prima homicidia, haec spolia. Post haec longius pro-
 gressi, rem ausi sunt, quam Pythagoras uehementer impiam
 arbitratus est, et nobis poterat prodigiosa uideri, nisi ues-
 taret consuetudo, quae tantam ubique uim habet, ut apud na-
 tiones quasdam piuum fuerit habitum, parentem graduum,
 plagis obrutum in fossam depellere, et eripere, uitam illi, per
 quem uitae munus contigerat. Sanctum haberetur carnis
 bus affinium amicorum uesci. Pulchrum existimaretur uir-
 ginem in Veneris phano prostare populo. Multaque us ab

10400
surdiora, quæ si quis nunc referat tantum, nemo non sit abominatus
naturus. A deo nihil est tam scelerosum, nihil tam atrox, quod
non probetur, si id commendet assuetudo. Ergo quod ausi
sunt facinus? Non ueriti sunt uesti ferarum extinctarum ca-
daueribus, dentibus lamare carnem exanimem, haurire san-
guinem, exugere saniem, & uiscera, ut ait Ouidius, in uisce-
ra cedere. Id facinus, tametsi mitioribus ingenis tum imma-
ne uideretur, tamen commendauit usus & commoditas. Pro-
cessum est longius. A noxiis feris itum est ad pecudes inno-
xias, seu itum est passim in oues, animal sine fraude doloque,
seu itum in leporem, non ob aliud crimen, nisi quod esculentus
esset. Nec temperatum est a boue domestico, qui suo sudore
diu familiam aluerat ingrata. Nulli uoluerunt, nulli piscium
generi parcitum est, et eo processit gula tyrannis, ut nullum animal
usque tutum esset ab hominis crudelitate. Verum hoc quoque persuasit
consuetudo, ut seuitia non uideretur in ullum animalis genus, mo-
do ab hominis cede temperaretur. Sed in nobis fortasse situm est,
uitia quemadmodum mare non admittere, uerum ut admissio limi-
tem prescribamus, id non est cuiusque in manu. Semel receptum
utrumuis, haud nostro ducitur arbitrio, sed suo fertur im-
petu. Posteaquam his rudimentis essent ad cædem exercitas
ti, persuasit ira, ut homo hominem, fuste saxove, aut pugno pe-
teret. Siquidem iis adhuc armis tum pugnabatur opinor, et
iam occidendis pecudibus didicerant, hominem quoque mi-
nimo negocio posse periri. Verum ista crudelitas diu con-
stitit intra monomachias. Ad hæc nonnullam etiam equi
speciem habebat sustulisse inimicum, Laudi quoque coeptum
est dari, si quis uiolentum & pestilentem hominem cuius-
modi ferunt fuisse Cacus & Busyridem, confecisset, orbem
que monstris istiusmodi liberasset. Siquidem uidemus hos

etiam titulos in Herculis extare laudibus. Deinde concursus
 sum est a pluribus, ut quosq; uel affinitas, uel uicina, uel
 necessitudo coniunxerat. Et quod nunc latrocinium est, tunc
 bellum erat. Saxis & sudibus praestis, etiam res gereba-
 tur. Riuius occurrens, aut rupes, aut simile quippiam ob-
 uium praelia dirimebat. Interea dum crescit usu feritas, dum
 gliscunt irae, dum magis ardescit ambitio, furorem suum ar-
 mant ingenio. Excogitarunt arma qualiacunq;, quibus se
 communirent, excogitantur tela, quibus hostem perderent,
 Iam passim, iam frequentiore manu, iam armati conflictas-
 ri coeperunt. Nec huic manifesto furori suus defuit bonus. Bel-
 lum appellarunt, & uirtutem esse uoluerunt, si quis sui capi-
 tis periculo uim hostium, a liberis, ab uxore, a pecore, a do-
 mesticis latebris propelleret. Atq; ita paulatim una cum re-
 rum cultu crescente malitia, bellum indicere coepit, ciuitas
 ciuitati, regio regioni, regnum regno. Quamquam in re per se cru-
 delissima, tamen remanebant adhuc humanitatis pristinae
 uestigia. Repetebantur res per facialem, citabantur testes su-
 peri, uelitatione praeludebatur ad pugnam. Telis uulgari-
 bus, & uirtute, non dolo res agebatur. Nefas erat ferire ho-
 stem, nisi signo dato, non licebat pugnare, ubi receptui cecis-
 nisset imperator. Denique uirtutis & gloriae certamen erat,
 magis quam occidendi cupiditas. Nec dum arma mouebantur, ni-
 si in exteros, quos ob id hostes, uelut hospites appellabant.
 Hinc nata sunt imperia, quorum nullum unquam fuit in ulla
 natione, quod non fuerit multo generis humani sanguine pa-
 ratum. Deinceps assidue bellorum uices, dum uicissim alius
 alium ab imperio depellit, & sibi uindicat. Post haec cum im-
 peria quoque ad sceleratissimos mortales deuenissent, iam in
 quolibet pro libidine mota sunt arma, neque male meriti,

sed bene fortunati, coeperunt maxime belli periculis esse obnoxii, & iam praeli scopus non laus esse, sed sordidum lucrum, aut hoc etiam sceleratius aliquid. Non dubito quin haec prospexerit sapientissimus ille Pythagoras, cum philosophico commento multitudinem hominum imperitam a laevis pecudibus deterreret. Videbat futurum, ut qui nulla laevis iniuria, pecudis innoxiae sanguinem fundere consuevissent, idem commotus ira & iniuria, provocatus, non metueret hominem interimere. Porro bellum quid aliud est, quam multorum commune homicidium? & latrocinium, hoc sceleratius, quo latius patens? Sed ridentur haec ceu deliramenta scholasticorum, a crassis proceribus nostri temporis, qui cum praeter figuram nihil habeant hominis, tamen ipsi sibi plane dii videntur. Et tamen ab his inuis huc videmus esse peruentum insaniae, ut tota vita nihil aliud agatur. Belligeramur assidue gens cum gente colliditur, regnum cum regno, ciuitas cum ciuitate, princeps cum principe, populus cum populo, & quod ethnici quoque fatentur impium, affinis cum affini, cognatus cum cognato, frater cum fratre, filius cum patre. Denique quod ego sane puto iis omnibus atrocius, Christianus cum homine, addam inuitus, quod est atrocissimum, Christianus cum Christiano. Et o caecitatem mentis humanae, haec nemo miratur, nemo detestatur. Sunt qui applaudant, qui uehant laudibus, qui rem plusquam tartaream sanctam appellent. Bellatur a decrepitis, bellatur a sacerdotibus, bellatur a monachis, & cum re tam diabolica Christum miscemus. Concurrunt acies utriusque, crucis insigne praeferentes, quae uel ipsa poterat admonere, quo pacto conueniat uincere Christianos. A sacro illo caelesti, quo perfes-
Et illa & ineffabilis Christianorum conuinctio repraesens

8

tatur, curritur ad mutuam caedem, & rei tam impie Christum facimus & spectatorem & auctorem. Vbi nam diaboli regnum est, si in bello non est? Cur huc pertrahimus Christum, cui citius cum quouis lupanari conueniat, quam cum bello. Indignatur Paulus Apostolus, nullam esse controuersiam inter Christianos, ut index sit ad eundem, qui litem dirimat. Quid si conspiceret nos toto orbe belligerantes, & quilibet leui de causa, immanius quam ulli bellarint ethnici, crudelius quam ulli barbari? idque fieri auctoribus, hortatoribus, adiutoribus his, qui pacificum illum, & omnia conglutinantem pontificem repraesentant, qui pacis omine salutant populum. Neque me clam est, quid iam dudum mihi reclamant Cares isti, quorum messis est e malis publicis, Bellum suscipimus iniuriam, aliorum coacti malefactoris, Ius nostrum persequimur. Quicquid malorum habet bellum, illis feratur acceptum, qui belli dedere causas. Sed quiescant interim paulisper, & horum causationes suo loco refellemus ac fucum hunc, quo morbum nostrum praeteximus, detrahemus. Iam sicut hominem cum bello, hoc est, animal placidissimum cum re longe inimicissima composuimus, quo magis perspicua fieret atrocitas, Sic bellum cum pace, rem miserrimam, pariter & sceleratissimam, cum re felicissima, simul & optima comparemus, atque ita demum apparebit, quanta demerita sit, tanto tumultu, tantis laboribus, tanto sumptu, tanto discrimine, tot calamitatibus affectari bellum, cum multo minoris emi possit concordia. Principio quid in rerum natura dulcius, aut melius amicitia? Nihil profecto. Atque quod aliud est pax, quam multorum inter se amicitia? Sicuti contra, bellum nihil aliud est, quam multorum similitudo. Bonorum autem ea ratio est, ut quo latius pateat hoc plus adferant commoditatis, Proinde cum unius cum uno necessi

103400
tudo res sit adeo suavis et salutaris, quā ingens erit felicitas,
si regnum cum regno, si natio cū natione, necessitudinis uin-
culo copuletur? Et diuerso, malarum rerum ea est natura,
ut quo latius manarint, hoc magis sint suo dignæ uocabus-
lo, Itaque si miserum, si sceleratum est, hominem cum homi-
ne ferro congredi, quanto calamitosius, quantoque sceleratis-
us est, idem a tot hominum milibus fieri? Cōcordia res par-
uæ crescunt, discordia dilabuntur et magnæ. Pax omnium
bonarum rerum et parens est et nutrix. Bellum repente ses-
melque, quicquid est lætū, quicquid est pulchrum, obruit,
extinguit, abolet, omniumque malorum Lernam quandā in-
uitam mortalium effundit. Pacis tempore, non secus ac se-
nouum quoddam uer rebus humanis adfulserit, coluntur
agri, uernant horti, pascuntur lætæ pecudes, ædificantur
uillæ, extruuntur oppida, instaurantur collapsa, ornantur
et augentur extructa, crescunt opes, aluntur uoluptates,
uigent leges, floret reip. disciplina, feruet religio, ualet æ-
tas, pollet humanitas, calent artes opificum, uberior est quæ-
stus pauperum, splendidior opulentia diuitum. Efflorescunt
bonestissimarum disciplinarum studia, eruditur iuuentus,
tranquillo fruuntur ocio senes, bonis auspiciis nubunt uir-
gines, laudantur simili prole puerperæ. Florent boni, mis-
nus peccant mali. At simulatque belli seua tēpestas ingruerit,
deum immortalē, quam ingens malorum pelagus occu-
pat, inundat, obruit uniuersa. Abiguntur armenta, proteruntur
segetes, trucidantur agricolæ, exuruntur uillæ, tot sæ-
culis extructæ florentissimæ ciuitates, una procella subruuntur.
A deo procliuus est ledere, quā benefacere. Ciuium opes
ad execrandos latrones ac sicarios transferuntur. Mœret
domus, metus, luctus, et quærimoniis, lamentis complentur

omnia. Frigent artes opificum, pauperibus, aut ieiunandū,
aut ad impias confugiendum artes, Diuites aut ereptas des-
plorāt facultates, aut timēt relictis, utroq; modo miserris-
mi. Virginū aut nullæ, aut tristes et funestæ nuptiæ. Desola-
tæ matronæ domi sterile scunt, silent leges, ridetur humani-
tas, nullum habet locū æquitas, religio ludibrio est, sacri &
prophani nullum omnino discrimen. Corruptitur omni uē-
tiorum genere iuuentus, damnant longæuitatem suam lues
& uosi senes. Nullus honos honestis literarū studiis. In summa
ma plus malorum sentimus in bello, q̄ ullius sermo possit
assequi, ne dum meus. Forte tolerari poterat, si bella calamiti-
tosos modo nos facerent, non etiā nocentes & impios, si pax
feliciores tantum redderet, non meliores quoq;. Nimiū ben-
nimium malorum erat, quibus assidue uelit nolit, uexatur,
atteritur, absorbetur, erumnosa mortalitas. Ante bis mille
ferme annos, trecenta morborum nomina medicis sunt anis
mauersa, præter species, iam & quotidie subnascentes nos
uos, & senectutem ipsam, morbum ineuitabilem. Legimus
alibi, totas urbes terræ quassatione subrutas, alibi conflagras-
se fulmine, alibi solidas etiam hiatu terrarum absorptas res-
giones. oppida suffossione cuniculorum corruisse, ut ne com-
memorem, quantam hominum multitudinem iam ob assue-
tudinem contempti, casus absument exundatio maris & flu-
minum, ruina montium, & ædificiorum, uenena, lapsus, se-
ræ cibus, potus, somnus. Aliem haustus in potu lactis pi-
lus, alium acinum uicæ, alium os piscis inherens gutturi p̄-
focauit. Sūt quos subitum exanimarit gaudium, nam de ue-
bementi dolore minus est mirum. Adde nunc fatales pestis-
lencias, non raro passim seuiantes. Nulla pars orbis est, unde
non immineat periculū humanæ uitæ, alioqui per se quoq;

103400
fugacissime. Tātum undiq; malorum obturbat, ut non sine
causa. Homerus hominem animantium miserrimum pro-
nunciauerit. Verū hæc mala, quoniam nec uitari facile pos-
sunt, nec nostro accidunt uitio, calamitosos tantum faciunt,
non item facinorosos. Quid iuuat tam innumeris innoxios
calamitatibus, utro sibi malum, perinde quasi desit, accerse-
re? Et accersere non quoduis malum, sed malum omnium
multo teterrimum, tam perniciosum, ut unum uincat oms-
nia, tam foecundum, ut unum in se complectatur uniuersa
sa, tam pestilens, ut non minus impios efficiat, q̄ erumnos-
sos, ut miserrimos reddat, nec tamen miserandos. Ad iuce-
iam his omnibus, quod pacis commoda latissime sese diffun-
dunt, & ad plurimos pertinent. In bello si quid feliciter ce-
cidit, quanq̄ o superi, quid hic potest dici felix? id ad paus-
cos pertinet, & eos indignos. Alterius salus alterius est exis-
tium, alterius opes alterius sunt spolia. Huius triumphus,
illius est luctus, ut acerba sit infelicitas, immanis & cruen-
ta felicitas. Quanq̄ plerunq; fit, ut iuxta Cadmeam, quā
uocant uictoriam, utraq; pars ploret. Et haud scio, an uno
q̄ bellum adeo cesserit feliciter, ut cordatum uictorem sus-
cepti non poenituerit. Ergo cum pax res sit omnium tum
optima, tum iucundissima, bellum contra res omnium miser-
rima, simul & sceleratissima, num hos sanè mentis arbitras
bimur, qui cum illam mediocri negocio parare queant, hoc
malint summis etiam difficultatibus accersere. Primum q̄
in suavis res primus ille belli rumor, deinde quantū inuidiæ
subeundum principi, dum crebris decimationibus expilat su-
os. Quantum negocii in adiungendis aut retinendis auxis-
liis, quantū in accersendis barbaricis cohortibus, & mercena-
rio milite, quantū impediū, simul & curarum in apparans

Dis classibus, in extruendis aut sarciedis arcibus et p̄sidiis in a
 dornadis tētoriiis, in fabricandis & cōparandis machinis, ar
 mis, telis sarcinis, uehiculis, cōmeatu. q̄tum laboris exbau
 riendum in compingendis uallis, in euacuandis fossis, in suffo
 diendis cuniculis, in excubiis, in stationibus, in exercitamen
 tis. Omitto iam metus omitto pericula (quid enim non me
 tuendum in bello?) Quis enumerare ualeat incommoda uī
 tae, quae stultissimi milites in castris p̄ferunt? & ob id maiori
 bus digni, q̄ sponte perferant. Victum quem bos quoq̄ fasti
 diat Cyprius, somnos raros, nec bos tuo datos arbitrio, Ten
 torium undiq; uentis peruium, ac ne tentorium quidem, die
 randum sub dio, cubitandum bumi, standum in armis, se
 renda inedia, frigus, aestus, puluis, humber, seruiendum duo
 cibus, uapulandum ferulis, quandoquidem nulla est ullius
 mancipii seruitus indignior, q̄ militum. Ad haec ad triste si
 gnum eūdem in mortem, ut aut occidas immaniter, aut cas
 das infeliciter. Tantum malorum suscipitur, ut ad rem om
 nium miserrimam liceat peruenire. Tā immensis malis nos
 ipsos prius affligimus, ut alios possimus affligere. quod si ue
 limus rem ad calculum uocare, & ueris rationibus expen
 dere, quanti bellū constet, quāti pax, p̄fecto comperiemus,
 banc uel decima parte curarū laborū, molestiarū, periculo
 rū, sumptū, deniq; sanguinis posse cōparari, quibus bellum
 accersitur. Tantū hominū turbam educis in periculum ut
 oppidū aliqd̄ euertas, at horum opera, uel citra periculum
 aliud extrui poterat multo preclarius oppidū. Sed nocere
 eis hosti, iā hoc ipsum inhumanū. Attamen illud expende,
 num illi nocere non possis, nisi prius noceas tuis. Et furiosi
 uidetur hominis, tantum certimale sumere, cum incertū sit,
 quo sit alea belli casura. Verum esto, rapuerit ad hāc uesaz

niā ethnicos uel stultitia, uel ira, uel ambitio, uel auaritia,
uel immanitas, siue, quod magis arbitror, ab inferis immis-
se furia. Vnde hoc nobis in mentem uenit, ut Christianus
in Christianum cruentum stringat ferrum. Parricidium uo-
catur, si frater occidat fratrem. At Christianus coniuētior
Christiano, q̄ ullus germanus germano, nisi firmiora sunt
naturæ uincula, q̄ Christi, Quam absurdum est, eos pene
continentur inter se belligerari, quos una domus habet ecc-
lesia, qui eiusdem corporis membra, communi capite glo-
riantur, nempe Christo, communem habent patrem in cœs-
lis, communi uegetantur spiritu, iisdem initiati sunt myste-
riis, eodem redempti sanguine, eodem renati fonte, iisdem
aluntur sacramentis, eidem militant imperatori, eodem ue-
scuntur pane, eiusdem participes sunt calicis, communem
habent hostem diabolum, postremo ad eandem omnes uoca-
ti sunt hereditatem. Vbi sunt tam multa perfectæ concor-
diæ sacramenta? ubi tam innumera pacis documenta? Vñ
præceptum Christus appellauit suum, nempe charitatis.
Cum hac, quid æque pugnat atq; bellum? Felici pacis os-
mine salutat suos. Discipulis præter pacē nihil donat, præ-
ter pacem nihil relinquit. In sacris illis precibus illud præ-
cipue patrem orat, ut quemadmodum ipse idem erat cum
eo, ita et sui, hoc est Christiani, idem essent secum. Iam plus
audis, q̄ pacem, plus q̄ amicitiam, plus q̄ cōcordiam. Chri-
sti typum habebat Solomon, quod Hebræis pacificum son-
nat, ab hoc sibi templum extrui uoluit. Nato Christo, non
bellum neq; triumphos, sed pacem canunt angeli. De non-
dum nato præcinuit uates ille mysticus. Et factus est in pa-
ce locus eius. Vniuersam illius doctrinam excute, nihil un-
q̄ reperies, quod non spiret pacem, quod non sonet amicis

etiam, quod non sapiat charitatem. Et quoniam intelligebat pacem aliter non posse constare, nisi penitus contemptis, his pro quibus mundus hic digladiatur, iussit ut a se disceremus esse mites. Beatos uocauit, qui diuitias pro nihilo ducerent, nam hos uocat pauperes spiritu, Beatos, qui uoluptates huius mundi spernerent, quos lugentes appellat, qui se patebantur suis exturbari possessionibus, scientes hic nihil aliud esse, quam exilium, ueram patriam, ueram possessionem in caelo sitam esse piis. Beatos, qui benemerentes de omnibus, impune et male audirent, et malis afficerentur. Vetiuit ne quis malo resisteret. Breuiter ut omnis illius doctrina, tolerantiam, et amorem praecipit, ita tota uita nihil aliud docet, quam mansuetudinem. Sic ille regnauit, sic bellauit, sic uicit, sic triumphauit. Nec aliud inculcant Apostoli, qui primum adhuc Christi spiritum imbiberant, et musto illo feliciter erant tumulenti. Quid undique sonant omnes Pauli litterae, nisi pacem, nisi longanimitatem, nisi charitatem? Quid Ioannes loquitur, quid iterat, nisi dilectionem? Quid aliud Petrus? quid aliud omnes uere Christiani scriptores? Unde tantus bellorum tumultus inter filios pacis? An fabula est, quod Christus se uitem appellat, suos palmites? Quis unquam uidit palmitem pugnare cum palmite? An uanum est quod non semel scripsit Paulus, Ecclesiam nihil aliud esse, quam unum corpus est diuersis membris connexum, adherens uni capiti Christo? Quis uidit oculum pugnare cum manu, aut uentrem cum pede? In hoc uniuerso rerum omnium tam dissimilium, harmonia est. In animalis corpore, pax est membro cum membro, quod quaeque pars dotis habet, non uni sibi habet, sed in comune omnibus. Si quid accidit unicuique, operatur uniuersum corpus. An plus potest in perituro coram

11
pore naturæ connexio, quæ in mystico & immortali, copulatur
spiritus? An frustra precamur illud ex præscripto Christi,
Fiat uoluntas tua, quemadmodum in cælo, sic & in terra?
In illa ciuitate summa cõcordia est. At Christus nihil aliud
esse uoluit suam ecclesiam, quàm cœlestem quendam popu-
lum in terris, ad illius imaginem, quoad fieri potest, uiuentem,
illo properantem, ab illa pendentem. Age fingi iam mi-
hi nunc nouum aliquem hospitem, uel e lunaribus illis ci-
uitatibus, quas inhabitat Empedocles, uel ex uno quopiam
mundo eorum, quos innumerabiles fabricatus est Democri-
tus, in hunc nostrum uenisse, quid hic rerum agatur cupien-
tem cognoscere. Cunque de singulis edoctus, audierit esse
unum quoddam animal mire cõmixtum ex corpore quod
cum brutis habeat commune, ex animo, quo diuinæ mentis
referat imaginem. Id adeo esse generosum, ut quanquã hic
exulet, tamen cæteris omnibus imperet animantibus; quod
ob cœlestem originem semper ad cœlestia nitatur, & immor-
talia, quod intantum curæ fuerit æterno numini, ut quoniã
neq; naturæ uiribus, neq; philosophiæ rationibus assequi
poterat, quod affectabat, unicum filium suum huc delega-
rit, qui nouum doctriinæ genus inuexerit. Deinde simulata
quæ totam Christi uitam, ac decreta perdidicerit, cupiat ex
edita quapiam specula, uidere quod audiuiisset. Vbi cõspe-
xerit cætera animantia probe in suo genere degere, ac natu-
ræ legibus duci, nihil appetere nisi quod diceret natura, unum
animal inter se cauponari, negociari, rixari, belligerari, nõ
ne quoduis animal potius suspicabitur hominẽ esse de quo
audierit, quæ ipsum hominem? Deinde admonitus ab indice
quis sit homo, iam dispiciat ubi sit grex ille Christianus
qui cœlestis illius doctoris institutum sequentes, euãgelicæ

civitatis simulacrum exhibeant, an non ubiuis potius iudicabit habitare Christianos, quàm in hisce regionibus, in quibus tantam videret opulentiam, luxum, libidinem, fastum, tyrannidem, ambitionem, fraudem, invidiam, iracundiam, discordiam, rixas, pugnas, bella, tumultus, breuiter omnium rerum, quas Christus damnat, maiorem pene Lernam, quàm apud ullos Turcas, aut Saracenos? Unde igitur pestis hæc irrepfit in populum Christianum? Nimirum paulatim hoc quoque malum, sicuti cætera plerumque, receptum est ab incautis. Siquidem omne malum aut sensim obrepit in hominum vitam, aut sub prætextu boni sese insinuat. Primum igitur irrepfit eruditio, uelut idonea res ad confutandos hæreticos, philosophorum, poetarum, et oratorum literis armatos. Et initio quidem non ista discerentur à Christianis, sed quibus forte contigerant ante Christum cognitum, hi quod iam partum erat in pios conferrebant usus. Eloquentia quoque dissimulata magis quàm spreta primum, deinde palam etiam comprobata. Proinde sub prætextu profligandi hæreticos subresit ambitiosa rixandi libido, quæ non mediocrem ecclesie pestem inuexit. Tandem huc processum est, ut in mediam Theologiam totus sit receptus Aristoteles, et ita receptus, ut huius autoritas penè sanctior sit, quàm Christi. Nam si quid ille dixit, paruum accommodum ad vitam nostram, licet interpretamento detorquere, cæterum exploditur ilico, qui uel leuiter ausit Aristotelicis oraculis refragari. Ab hoc didicimus non esse perfectam hominis felicitatem, nisi corporis et fortunæ bona accesserint. Ab hoc didicimus non posse florere rempublicam in qua sint omnia communia. Huius omnia decreta cum Christi doctrina conamur adglutinare, hoc est, aquam flammis miscere. Recepinus nonnihil et à Cæsareis legibus,

propter æquitatem, quæ pro se ferunt, et quo magis conueniret,
Euangelicam doctrinam ad eas quoad licuit detorsimus. At
hæc permittunt uim ui repellere, suum quemque ius persequi, pro
bant negociationem, recipiunt usuram modo moderatam, bellum
cui res præclaræ efferunt, modo iustum. Denique totam iam Christi
doctrinam, dialecticorum, sophistarum, mathematicorum, ora
torum, poetarum, philosophorum, et iureconsultorum, gentis
lium literis, ita contaminata est, ut maxima pars cui consi
menda sit, priusquam uacet arcanas scrutari literas, ad quas uel
aliquando uenias, tot tamen opinionibus mundanis infestus
accedas oportet, ut Christi iam decreta, aut prorsus offensa
dant, aut ad illorum dogmata torqueantur. Atque hæc res
adeo non improbatur, ut nefas sit cum de Christianis loqui
literis, qui sese nugis Aristotelicis, uel potius sophisticis, to
tum ad ambas usque, quod aiunt, aures non expleuerit. Quæ
si uero Christi doctrina sit huiusmodi, ut non uel maxime
possit esse communis omnium, uel ullo pacto cum philoso
phorum sapientia consentiat. Post hæc recepimus honoris
nonnihil. Quem deinde ueluti debitum cepimus exigere.
Id uisum est non iniquum. Deinde recepimus opes, sed in pau
perum subsidium distribuendas, post etiam in usus nostros.
Quidni, posteaquam didicimus hunc esse charitatis ordinem,
ut sibi quisque sit proximus? Neque deerant prætextus huius
malo, Pium consulere liberis, æquum prospicere uenturæ se
necluti. Postremo cur reiiciam opes inquirunt, si citra frau
dem contingant? His gradibus paulatim conuentum est, ut
is optimus habeatur, qui sit locupletissimus, nec unquam ma
ior fuerit bonus diuitis apud ethnicos, quam hodie sit apud
Christianos. Quid enim est omnino uel sacrum uel prophæ
num, quod non harum geratur arbitrio? Videbatur bis ora

namentis conuenire, nonnihil imperii, neq; defuit qui uolue-
 rit cedere. Receptum est hoc quoq;, sed grauatum & para-
 ce. Demum ita, ut solo titulo contenti, re libenter in alios reu-
 cerent. Postremo paulatim huc itum est, ut episcopus sibi non
 uideatur episcopus, nisi mundane ditionis aliquid accesserit.
 Parum honestus abbas, si nusquam possit, quod possunt ty-
 ranni. Tandem perfricta facie, pudorem omnem abster-
 mus, omnia uerecundie repagula discussimus. Quicquid un-
 quam apud Ethnicos fuit, auaritie, quicquid ambitionis, quic-
 quid luxus, quicquid fastus, quicquid tyrannidis, id imita-
 mur, equamus, uincimus. Et ut de leuioribus interim sileam,
 an unquam apud ethnicos bellatum est, aut aequo perpetuo, aut
 crudelius, quam inter Christianos? Quas tempestates, quos bel-
 lorum aestus, quoties discissa foedera, quas strages his pau-
 cis annis conspeximus? Quae natio, cum qua conflictata est
 ferro? Et postea Turcam execramur, quasi possit ullum spe-
 ctaculum esse Turcis iucundius, quam quod illis quouidie mutuis
 cladibus exhibemus ipsi. Insaniebat Xerxes, cum ingentem
 illam multitudinem Graeciam inuasurus educeret. An tibi
 constituisse animo uidetur, qui Atho monti, minaces scripse-
 rit epistolas, ni cederet, qui mari Hellesponto, quod parum
 commodum fuisset nauigare uolenti, plagas iusserit infligi?
 Furebat Alexander ille magnus, quis negat? Optabat semi-
 deus ille plures mundos, quos deuinceret, tanta gloriae fe-
 bris, iuuenilem obsederat animum. Et tamen isti, quos Sene-
 ca non dubitat furiosos appellare latrones, bellabant huma-
 nius nobis, bellabant maiore fide, nec similibus machinis, nec
 similibus artibus, nec tam friuolis titulis, quam bellamus Chris-
 tiani. Illi praeter gloriam nihil ambiebant. Gaudebant flo-
 rentiores reddere prouintias, quas bello subegissent, populum

los agrestes, sine literis, sine legibus ritu ferarum uiuentes,
civilibus artibus expoliebant. Regiones incultas extructis
oppidis reddebant celebres. Parum tuta communiebant pō
tibus, littoribus, aggeribus, milleq; id genus commoditatibus,
uitam hominum adiuuabant, ut tum expedierit deuin
ci. Quin in mediis etiam bellis, q̄ multa ferūtur ab his uel
dicta sapienter, uel gesta temperate? Cæterum quæ geruntur
in bellis Christianorū, & obscœniora sunt & atrociora,
q̄ ut sint hic commemoranda. Proinde quod in illis erat pes
simum, id solum exprimimus, imo superamus. Sed iam ope
re precium fuerit audire, quibus modis hanc tantam insas
niam nostram tueamur. Si nullo, inquiunt, pacto fas esset
bellare, deus non fuisset Iudæis autor bellandi aduersus hos
tes. Audio, sed illud addas oportet Iudæos nunq̄ bellasse
inter se, uerum aduersus alienigenas & impios. Nos Chris
tiani pugnamus cum Christianis. Illis diuersa religio, & nō
eadem numina, dissidii causa fuit, nos aut puerilis ira, aut
pecuniæ fames, aut gloriæ sitis, sæpenumero foeda merces
huc adducit. Illi iussu diuino pugnant, nobis animi per
turbatio ferrum dat in manu. Quanc̄ si usq; adeo placet
exemplum Iudæorum, quin eadem opera præputium accis
dimus? quin immo lamus pecudes? quin abstinemus à car
ne suilla? Cur non ducimus singuli plures uxores? Cū hæc
execremur, cur solum bellandi placet exemplum? Cur hic
deniq; literam sequimur occidentem? Iudæis permissum est
bellum, sed ita, quemadmodum & repudium, nimirum ob
duritiam ingenii. At postea q̄ Christus iussit recondi gla
dium, nefas est pugnare Christianos, nisi pulcherrimū il
lud prælium, cum teterrimis hostibus ecclesiæ, cum studio
pecuniæ, cum iracundia, cum ambitione, cum metu mortis.

Hi sunt Philistei nostri, hi Nabughonosos, hi Moabite, & Ammonite, cum quibus nullas nobis inducias esse oportet, assidue conferendæ manus, donec excisis funditus hostibus succedat tranquillitas, quos nisi subegerimus, neq; cuiq; secum, neq; cum alio uera pax constare poterit. Solum hoc bellum ueram gignit pacem. Hic qui uicerit, cū nemine mortalium belligerari uelit. Nihil enim me mouet, q̄ quidam duos gladios interpretantur utranq; potestatem, sæculari rem & ecclesiasticam, Cum Christus in hoc ipsum passus sit Petrum errare, ut posteaq; iussus esse gladium recondeere, nemini dubium relinqueretur, quin uetitum esset bellū, quod antea uidebatur esse licitum. Sed Petrus, inquiunt, pugnauit. Pugnauit, sed iudæus adhuc, nondum accepto spiritu uere Christiano. Pugnauit non pro suis titulis aut prædiis, uti nos, ne pro sua quidem uita, sed pro uita magistri. Deniq; pugnauit is, qui paulo post abnegauit. Si placet exemplum pugnantis, placeat & inficiantis. Et cum simplici laberetur affectu, tamen reprehensus est. Alioqui, si probabat istiusmodi defensionem Christus, sicut quidam infulsissime interpretantur, cur omnis illius & uita & doctrina, nihil aliud q̄ tolerantiam prædicat? Cur suos baculo tantum & pera armatos tyrannis obiicit? Si gladius ille, quē diuenditis omnibus iubet emi Christus, est moderata aduersus persecutores defensio, quemadmodum impie quidam interpretantur, non tantum in erudite, cur hac nunq̄ usi sunt martyres? At dicat hoc inquiunt, ius naturæ legisq; comprobatum est, consuetudine receptum, ut uim uim propellamus, & uitam quisq; suam tueamur, tum & pecuniam, quandoquidem animæ loco est, ut inquit Hesiodus: Fateor, at his omnibus efficacior gratia, dicat, ne remaledis.

eamus maledicentibus, ut de malemerentibus benemeremus
mur, ut tollenti partem possessionum, totam concedamus,
ut deprecemur pro his quoque, qui mortem intentant. Ad Ap-
postolos, inquit, ista pertinent. Imo ad uniuersum Christi
populum & corpus, ut diximus, quod totum absolutum esse
oportet, etiamsi in dotibus aliud membrum alio sit insis-
gnius. Ad eos nihil pertineat doctrina Christi, qui non spe-
rant premium cum Christo. Illi pro pecunia prædiisque dis-
gladientur, qui rident quod dixit Christus, beatos paupes
res spiritu, hoc est, eos diuites, qui nihil in hoc mundo con-
cupiscerent diuitiarum. Qui felicitatis summam in his collo-
carunt opibus, dimicant pro tuenda uita, sed non qui non in-
telligunt hanc mortem esse potius quam uitam, & piis im-
mortalitatem esse paratam. Iam obiciunt nobis Romanos
aliquot pontifices, qui bellandi fuerint autores, simul & ad-
iutores. Obiciunt decreta patrum, in quibus bellum appro-
bati uidetur. Sunt quidem huiusmodi quædam, sed apud
recentiores. Christi uigore iam relanguescite, sed ea per pau-
ca, cum sint innumera apud probatæ sanctitatis scriptores,
quæ a bello deterreant. Cur hæc paucula nobis potissimum
in mentem ueniunt? Cur a Christo, ad homines deslectimus
oculos, & incerta exemplo, quæ indubitatum autorem sequi
malumus? Romani pontifices primum homines fuerunt. Des-
inde fieri potest, ut aut stulti fuerint aut mali. Quamquam ne
in istis quidem comperies hoc genus bellorum, quo nos assis-
due conflictamur, approbatum fuisse. Id quod clarissimis es-
uincerem argumentis, ni fugerem digressioni longius immor-
rari. Laudauit diuus Bernardus bellatores, sed ita lauda-
uit, ut nostram omnem damnet militiam. Quamquam cur me-
moneat potius Bernardi scriptum, aut Thomæ disputatio,

¶ Christi dogma, qui in totum uetuit, ne malo resistamus,
 nimirum eo more quo uulgus resistit? Sed licet, inquiunt,
 unum maleficum afficere supplicio, licet igitur & ciuitatē
 ulcisci bello. Quid hoc loco responderi possit, prolixius est,
 quā ut sit replicandum. Illud modo dicam, hoc interesse, quod
 in iudiciis conuictus dat pœnas legibus, in bello utraq; pars
 alteram ream agit, illic ad eum modo redit malum, qui læ
 sit, exemplum ad omneis peruenit, hic maxima pars malos
 rum in eos redundat, qui minime digni sunt malo, nēpe ad
 agricolas, ad senes, ad matronas, ad pupillos, ad uirgines.
 Cæterum si ex re omnium pessima, quicquid omnino cōmodi
 potest colligi, id totū ad sceleratissimos, aliquot latrones des
 riuatur, ad militem mercennarium, ad strennuos prædones,
 ad pauculos forte duces, quorum artificio bellum in hoc ip
 sum fuerat excitatum, & quibuscum nuncquid melius agitur,
 quā in summo reipublicæ naufragio. Illic uni non parcitur,
 ut omnium consulatur saluti, hic ut paucorum, aut unius
 fortassis uicem ulciscamur, tot hominum milia nihil comme
 ritorum crudeliter affligimus. Præstat paucorū admissum
 impunitum omitti, quā dum unum aut alterum in pœnā de
 poscimus incertam, nostros pariter & finitimos, & innocen
 tes hostes, sic enim uocamus, incertum adducere discrimen.
 Satius est relinqui uulnus, cui sine graui totius corporis p
 nicie, mederi non queas. Quod si quis clamet iniquum, non
 dare pœnas, qui peccarit. respondeo multo esse iniquus, tot
 innocentium milia, citra meritum in extremam uocari cala
 mitatē. Quancquid his temporibus omne fere bellum è titulis,
 nescio quibus nasci uidemus, & ex principum foederibus,
 tum ut unū aliquod oppidulum suæ uindicerent ditionis, to
 tum periclitantur imperium. Deinde hoc ipsum, quod tātō

sanguine vindicatum est, rursus aut reuendunt, aut donant.
Dixerit aliquis. Non uis igitur principes suum ius persequi?
Scio non esse mei simulum, de principum negociis audacius
disputare, quod ut tutum sit, prolixius tamen est, quam ut huic
loco conueniat. Tantum illud dicam, si titulus qualiscumque
uidebitur idonea suscipiendi belli causa, in tantis rerum hu-
manarum vicibus, tantis commutationibus, nulli posse titu-
lum deesse. Quae gens non aliquando suis sedibus et pulsa
fuit et pepulit? quoties aliunde demigratum est alio? Quo-
ties huc et illuc, uel casu, uel ex foedere translata imperia?
Repetant scilicet hodie Patuini Troianum solum, quod An-
tenor olim fuerit Troianus. Repetant Africam et Hispan-
niam Romani, quod haec prouintiae quondam fuerint Romano-
rum. Dominium uocamus, quod est administratio. Non est
idem ius in homines natura liberos et in pecudes. Hoc ipsum
ius quod habes, populi consensus dedit. Eiusdem autem ni-
fallor est tollere qui contulit. Vide quam non magna res agitur.
Non illud decertatur, ut haec, aut illa ciuitas bono principi
pareat, non tyranno seruiat, sed utrum Ferdinandi censeas-
tur titulo, an Sigismundi, Philippo censum pendat, an Lu-
douico. Hoc est illud egregium ius, ob quod uniuersus orbis
bellis, caedibusque miscetur. Sed esto, ualeat quantumlibet hoc
ius, nihil intersit inter priuatum agrum et ciuitatem, nihil
inter pecudes tuo aere emptas, et homines non solum inge-
nuos, uerum etiam Christianos, attamen prudentis est expe-
dere, num tanti sit, ut tam immensis tuorum malis perse-
quaris. Si principis animum praestare non potes, at saltem
negociatoris adhibe. Contemnit ille dispendium, si perspe-
xerit uitari non posse, nisi grauiore iactura, et lucri loco du-
cit, quod paululo damno cum fortuna deciderit. Saltim illi

imiteris, de quo uulgo non infestina fabula celebratur. Parū
 conueniebat inter duos quosdam cognatos, de re diuidūda.
 Cunctq; neuter alteri uellet cōcedere, res eo spectabat ut ire
 tur in ius, & iudicium sententiis controuersia finiretur.
 Adibantur aduocati, Parabantur dicæ, Res erat cum iures
 consultis, Aditi iudices, cōtestata lis, cœpit agi causa, hoc est
 bellum susceptum. Ibi alter mature resipiscens, aduersarium
 priuatim accersitū his uerbis alloquitur. Principio parū de
 corum est, ut quos natura copulauit, pecunia dissociet, De
 inde incertus est litis euentus, haud minus quam belli. Susci
 pere nobis in manu est, finire nō est. De centū aureis tota lis
 est. Eius summæ duplum in notarios, in promotores, in ad
 uocatos, in iure consultos, in iudices, in iudicium amicos ex
 pendetur, si legibus experiamur. His erit inseruiendū, adie
 landum, dandum, ut ne dicam interim curas, ambiēdi, cura
 sitandiq; labores, ut maxime uincam, plus tamen est incom
 modi q̄ comodi. Quin potius ipsi nobis sapimus, q̄ istis p̄do
 nibus, & in hos male collocandam pecuniam, inter nos par
 timur. Concede dimidium de tuo, ego tantumdem de meo
 concedam. Ita & amicitiam nostram alioqui perituram lu
 cri faciemus, & tantam molestiam effugiemus. Quod si res
 cusas quicq; concedere, ego uel uniuersum negociū tuo per
 mitto arbitratui. Malo penes amicum sit hæc pecunia, q̄ pe
 nes insatiabiles illos prædones, Abunde magnum fecero lu
 crum, si & famæ pepercero, & amicum seruauero, & tan
 tum effuzero molestiarum. Mouit aduersarium tum rei
 ueritas, tum cognati festiuitas. Rem inter se transegerunt,
 iratis aduocatis & iudicibus, quos coruos deluserant hian
 tes. Vel horum igitur prudentiam, in re tanto periculosior
 re studeas imitari. Neq; solum spectes quod uelis assequi,

sed quanta bonarum rerum iactura, quantis periculis, quā
tis calamitatibus sis assecuturus, ut assequaris. Quid si cen
lancibus hinc atq; hinc expensis commodis & incommo
dis, comperis, multo potiore esse pacem iniquam, q̄ bellū
æquum, cur malis Martis aleam experiri? Quis enim nisi
demens, aureo piscetur amo? Si uides multo plus impendii
q̄ lucri, etiam si feliciter cadant omnia, nonne præstat alis
quid de tuo iure concedere, q̄ paululum cōmodi, tam innu
meris mercari malis? Malo penes quemcunq; sit titulus, si
mibi tanta Christiani sanguinis iactura uindicandus est. Il
le quisquis est, multis iam annis possedit. Assuevit habenis,
agnoscitur a suis, fungitur munere principis, & exorietur as
liquis, qui ueteri quopiam titulo ex annalibus, aut oblitera
tis monumentis reperto, bene compositum rerum statū, sur
sum ac deorsum misceat. Præsertim cū uideamus rebus mor
taliū nihil suo loco consistere, sed ludibrio fortunæ, uelut
æstu quodam affluere ac defluere. Quorsum attinet tanto
tumultu uindicare, quod mox quolibet casu sit alio demis
graturum? Postremo si ista tam leuicula non possunt cons
temnere Christiani, quorsum opus est protinus ad arma ra
pi? Tot habet mundus episcopos graues & eruditos, tot ha
bet uenerabiles abbates, tot optimates grandæuos, & long
go rerum usu sapientes. Cur non potius horū arbitrio, pnes
riles istiusmodi principum querimonie componuntur? Sed
honestior est illorū oratio, qui prætexunt ecclesiæ defensio
nē, quasi uero populus nō sit ecclesia, aut quasi tota eccle
siæ dignitas in sacerdotū opibus sita sit, aut quasi bellis ac
stragibus orta, prouecta, constabilita sit ecclesia, ac non pos
tius sanguine, tolerantia, uitæq; contemptu. Mibi sanè ne
hoc quidem a deo probandum uidetur, q̄ subinde bellū mos

limur

limur in Turcas. Male profecto agitur cum religione Chri-
 stiana, si illius incolumitas à talibus pendet præsiidiis. Neque
 consentaneum est, bis initiis bonos gigni Christianos. Quod
 ferro paratum est, ferto uicissim amittitur. Vis Turcas ad
 Christum adducere? ne ostētemus opes, ne militum manū,
 ne uires. Videant in nobis non titulum tantum, sed certas il-
 las hominis Christiani notas, uitam innoxiam, studium be-
 nemerendi etiam de hostibus, inuictam omnium iniuriarum
 tolerantiam, pecuniæ contemptum, gloriæ neglectum, uis-
 tam uilem, audiant cœlestem illam doctrinam, cum huius-
 modi uita congruentem. His armis optime subiguntur Tur-
 cæ, Nunc sæpenumero mali pugnamus cum malis. Dicam
 aliud & utinam audacius, quàm uerius, si titulum crucisque
 tollas in signe, Turcæ cum Turcis digladiamur. Si militum
 manu constituta est religio, si ferro confirmata, se bellis aus-
 eta, tueamur eam iisdem præsiidiis. Quod si diuersis ratio-
 nibus peracta sunt omnia, cur ueluti Christi præsidio diffi-
 si, ad ethnicas confugimus suppetias? At cur non iugulem,
 inquit, eos qui nos iugulant? Itane putas indignum, ses-
 quis sit te sceleratior. Cur non spoliari spoliantem? cur non
 conuitiari conuitianti? Cur non odisti odio habentem? An
 Christianum facinus esse putas, si trucidatis impiis quidē,
 sed tamen hoībus, pro quibus seruandis mortuus est Chris-
 stus, gratissimam diabolo uictimam mactes, bisque delectes
 hostem, & quod occiditur homo, & quod occidit Christia-
 nus? Plerique dum uolunt uideri ualde Christiani, student
 Turcis quàm plurimum facere mali, & quod facere non possunt,
 execrantes, imprecantur. Cum hoc ipso argumento, pe-
 rum Christianum liceat deprehendere. Succurre Turcis.

ex impiis si potes reddito pios, si non potes opta, & agnos-
cam mentem Christianam. Verum hisce de rebus omnibus
aliquanto copiosius audietur, cum edemus librum, cui titulus
fuit Antipolemo, quem olim Romae vitam agens
ad Iulium secundum Romanum pontificem conscripsis-
mus, eo tempore, quo de bello in Venetos suscipiendo consul-
tabatur. Illud deplorandum potius quam refellendum. Si quis
exactius rem excutiat, reperiet omnia ferè Christianorum
bella, uel è stultitia, uel è malitia nasci. Nonnulli iuuenes et
rerum imperiti, maiorum malis exemplis, hostiarum, quas
de stultis prodidere stulti, monumentis ad hoc inflammati,
dehinc instigantibus adulatorum hortatibus extimulantibus
inreconsultis ac theologis, assentantibus aut coniuuenti-
bus episcopis, fortassis & exigentibus, temere magis quam mali-
tiose bellum suscipiunt, & tanto totius orbis malo discunt,
bellum rem esse modis omnibus fugiendam. Alios occultum
odium, alios ambitio, alios animi feritas, in bellum impellit.
Quãdoquidem ne nostra quidem Ilias quicquam præterquam stul-
torum regum & populorum continet iras. Sunt qui non
aliam ob causam bellum mouent, nisi ut hac uia facilius in
suos tyrannidem exerceant. Nam pacis temporibus senatus
auctoritas, magistratum dignitas, legum uigor, non nihil ob-
stant, quo minus liceat principi, quicquid libet. At bello sus-
cepto, iam omnis rerum summa, ad paucorum libidinẽ des-
uoluta est. Euehuntur, quibus bene uult princeps, deiiciuntur,
quibus infensus est. Exigitur pecuniæ quantum libet.
Quid multis? Tum demum sentiunt se uere monarchas esse
se. Colludunt interim duces, donec infelicem populum usque
ad radicem arrosent. Hoc animo quæ sint, an eos putas gras

uatim accepturos, oblatam quamcumque belli occasionem. Deinde
 inde morbum nostrum honestis titulis præteximus. In his
 turcarum opibus, et obtendo religionis defensionem, obsequor
 odio meo, et prætexo ius ecclesie. Seruio ambitioni,
 sequor iram, rapit animus ferox et impotens, et ruptum foedus,
 uiolatam amicitiam, omissum nescio quid de sponsalium legis
 bus, aut simile quippiam causor. Iam dictu mirum est, quam
 non assequantur hoc ipsum quod affectant, et dum stulte
 uitant hoc, aut illud malum, in aliud, aut etiam in idem mul
 to grauius incidunt. Etenim si gloria ducuntur, non paulo
 magnificentius est seruare, quam perdere, multo pulchrius ex
 trueri ciuitatem, quam demoliri. Deinde ut prosperrimo. Mar
 te res geratur, quantula gloriae portio redibit ad principem,
 unde magnam partem sibi uindicat populus, cuius pecunia
 res confecta est, maiorem miles exterus, ut plerumque fit, et
 conductitius, nonnullam ducet, maximam fortuna, quae cum
 in omni negotio, tum in bello ualet plurimum. Si sublimitas
 animi stimulat in bellum, uide queso, quam non recte tibi con
 sulis ista ratione. Dum uni non uis cedere puta uicino prin
 cipi, fortassis affini, forsitan olim bene merito, quanto abiectius
 te supplicem facis, dum suppetias imploras barbarorum,
 et quod est indignius omni facinorum genere contaminato
 rum hominum, si modo homines oportet uocare huiusmodi
 beluas. Dum in cestis, homicidis, praedonibus (per hos enim
 potissimum bellum geritur) polliceris, adularis, palparis. Et
 dum in aequalem feroculus esse studes, infimae mortaliu feci
 ci teipsum cogere submittere. Dumque paras qualemcumque fi
 nitimum suis sedibus deicere, pestilentissimam nebulonum
 colluuiem, in tuas sedes admittas oportet. Non fidis affini, et

armatæ multitudini credis te ipsum? Quanto tutiorem pos-
terat reddere concordia? Si lucro traheris, calculos adhis-
be. Placeat bellum, nisi uideris non æstimandis dispendiis,
compendium peti, non solum longe minus, sed etiam incertum.
Sed consulis reipublicæ, imo non alia uia citius, ac per-
ditius pereunt reipublicæ, quæ bello. Prius quæ incipias, iam plus
nocuisti patriæ, quæ sis profuturus uictor. Exhauris ciuium
opes, luctu funestas domos, omnia latronibus, furibus, stupro-
ratoribus imples. Has enim reliquias parit bellum. Et cum
ante licuisset uniuersa frui Gallia, à multis regionibus te ip-
sum excludis. Si uere tuas amas, quin tibi illa ueniunt in me-
tem, Cur ego hanc tam floridam iuuentutem omnibus mas-
ulis obiiciam? Cur tot matronas suis maritis, tot liberos suis
orbabo parentibus? Cur titulum, nescio quæ, et anceps ius,
meorum asseram sanguine? Vidimus, cum prætextu defen-
dendæ ecclesiæ bellum esset susceptum, crebris decimationibus
sic expilari sacerdotes, ut nullus hostis potuerit hosti-
lius. Itaque dum stulte uitamus foueam, ultro nos ipsos in fo-
ueam præcipitamus. Dum leuem iniuriam pati non possu-
mus, ipsi nos summis afficimus contumeliis. Dum pudet mo-
rigerum uideri principi, supplices reddimur infimis. Dum
libertatem imprudenter affectamus grauissimæ seruituti
nosmet irretimus. Dum paululum ueniamur lucri, damnis
immensis nos ac nostros afficimus. Prudentis erat hæc secum
expendere, Christiani, si modo uere Christianus sit, rem tam
tartaream, tam alienam, à uita simul et doctrina Christi,
modis omnibus fugere, deprecari, propellere. Quod si uitari
nullo pacto potest ob multorum improbitatem, ubi nihil in-
tentatum reliqueris, postea quæ pacis studio omnem moueris

lapidem, tum proximum erit dare operam, ut mala res per
 malos geratur, & q̄ minimo dispendio humani sanguinis
 conficiatur. Si demus operam, ut re simus id, quod audis
 mus, hoc est, nihil admiremur, nihil ambiamus, quod est hu
 ius mūdi. Nā si tātū hoc agimus, ut hinc q̄ maxime expedi
 ti euolemus, si toto nisu rapimur ad cœlestia, si felicitatis no
 stræ summam in uno Christo collocamus, si quicquid est ue
 re bonum, uere splendidum, uere iucundum in hoc uno si
 tum esse credimus. si persuasum habemus hominem piū
 à nemine lædi posse, Si perpendimus q̄ inania sint, q̄ fugas
 cia, rerum humanarum ludibria, Si penitus intuemur quā
 ardua res sit, hominem quodammodo transformari in deū,
 et hic ita meditatione quadā indefatigabili repurgari ab hu
 ius mundi contagiis, ut mox abiecto corporis exuuiō, in An
 gelorum demigret consortium. In summa si præstamus hæc
 tria, sine quibus nemo Christiani cognomen promeretur. In
 nocentiam, ut puri simus à uitiis, Charitatem, ut bene me
 reamur quoad fieri potest de omnibus, Patientiam, ut male
 facientes toleremus, & si liceat iniuriam beneficiis obruas
 mus, quæso quod bellum possit inter nos de nugis existere?
 Si fabula est Christus, cur non explodimus ingenue? cur il
 lius titulo gloriamur? Sin is uere est, & uia, & ueritas, et
 uita, cur omnes nostræ rationes ad hoc exemplari tantope
 re dissidēt? Si Christū autorē agnoscimus, q̄ charitas est,
 et nihil docuit nihil tradidit, nisi charitatē et pacē, agite nō
 titulis & insignibus, sed factis hunc exprimamus & uita.
 Amplectamur pacis studium, ut Christus uicissim agnoscat
 suos. In hoc pontifices, in hoc principes, in hoc ciuitates, con
 silia sua conferant. Satis hæc et illis fusiū Christiani sanguis

nis. Satis uoluptatum exhibuimus Christiani nominis hostibus. Quod si quid suo more tumultuatur populus, à principibus cobibeatur, quos hoc oportet esse in republica, quod oculus est in corpore, quod in anima ratio. Rursum si quid turbant principes, certe Pontificum est, sua prudentia, suaque autoritate, rerum motus componere. Vel tandem satiati bellis tam diutinis pacis tangamur desiderio. Trahit huc ipsa calamitas, inuitat Christus, adhortatur Pontifex, si quisquam alius, uere maximus Leo decimus, ac uere pacifici Solomonis nostri, uices agens, Cuius omnia uota, omnia consilia, omnes conatus huc tendunt, ut quos communis copulat fides, eos & communis iungat concordia. Hoc molitur ut ecclesia, non opibus aut imperio, sed suis ac propriis dotibus efflorescat. Pulcherrimum profecto munus, ac prorsum tali dignum heroe, clarissimis illis Medicibus prognato, quorum ciuili prudentia factum, ut inclyta Florentinorum ciuitas, diutina pace fuerit florentissima, quorum domus omnium bonarum disciplinarum fuit praesidium. Ipse placidum ac mite sortitus ingenium, à teneris, ut aiunt, unguiculis, humanis literis ac mansuetioribus musis est initiatus, inter eruditissimos uiros, ac uelut in musarum gremio educatus, uitam ac famam inculpata, & ne in liberrima quidem ciuitate Roma, ulla unquam sinisterumoris aspersam macula, ad summum pontificum attulit. Ad quod hic non ingressit sese, sed nihil minus quam hoc expectans, ueluti diuina uoce nominatum ascitus est, quo rebus humanis longa bellorum tempestate fessis, succurreret. Si penes Iulium belli gloria, habeat ille sibi suas uictorias, habeat sibi magnificos triumphos. Quae quae deceant Christianum pontificem, haud est mei similium

pronuntiare. Dicam hoc modo, Gloriam illius qualiscunq;
 fuit, cum plurimorum exitio doloreq; coniunctam fuisse.
 ge plus ueræ gloriæ pariet Leoni nostro pax orbi reddita, q̄
 Iulio pepereunt tot bella per uniuersum orbem, uel excita
 ta fortiter uel gesta feliciter. Sed longius q̄ par est, huic di
 gressioni uidebimur immorari iis, qui de prouerbis, quàm
 de pace belloq; malunt audire.

F I N I S.

Venetiis per Gregorium de gregoriis, sum
 ptibus uero Laurētii Lorii, ac Ba
 ptiste de Putellettis sociorū.

Anno. M. D. XXVI.

Mense Augusto.

20
Dicitur hoc modo. Dicitur illis qualiter
fuit cum plurimum exitio doloris et tristitia in illis.

L.

Lo.

